UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Depositi vel contra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

eſt ideo, agendo videtur approbare, & ratificare, &c.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Sed ſi cum filio. Ad iſtum tex. vide Alex. in l. nõ ſolum. col. j. ff. ſol. mat. in l. vero procuratori. in apoſt. ff. de ſolu.

LEX X.

a **SI ambo.** a Negligẽtie ad negligẽtiam admittit cõpenſatio. ¶ Item debita ſeu potius delicta, ex paribꝰ caſibus cõpenſant. h. d. * Sed ꝯ. ff. ad l. Jul. de adulte. l. ſi vxor. §. iudex adulterij. vſi. q̃ res ẽt. vide ibi ſolutionẽ docto. ĩ gl. in v̾b. inter vtroſque. & Inn. extra de adulte. c. penul. vbi plene, & Bernar. de excep. c. dilecti. in gl. in v̾b. ſi res ita ſe habet. *

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ambo. De materia huiꝰ legis vide per Dy. in l. viro. j. ſol. ma. & in reg. iuris, in pari. lib. vj. Et vnũ adde, q̃d nũquã dolus cũ dolo compenſat, qñ ſc̃ds dolus, vel ſc̃dm delictũ deberet attẽdi, vt in caſu l. ſi q̃s ad fundũ. C. ad l. Juliã de vi, & omnino no. Joã. ĩ d. l. viro. poſt Dy. ibi, reliqua dic vt ibi p eũ, vbi q̃rit, an ipſo iure hoc fiat. De materia huius legis vide per Inn. in c. intelleximus, de adul. quã alle. Bar. in l. cũ mulier ſo. ma. & ibi dixit Inn. q̃d de pari culpa ad parẽ fit cõpẽſatio, ſecꝰ, ſi de impari ad imparẽ. Quid ẽt in dolo, vide Bal. ĩ l. j. C. vnde vi. ĩ repe. & ibi Bar. ĩ fi. Et q̃d ſi tu pduxiſti iſtrumẽtũ debiti ꝯ me, & falſum, ego pduco ꝯ te inſtrumẽtũ ſolutiõis, & falſum. Dicit Bal. in ru. de fide inſtr. in v̾ſi. incidẽter ẽt q̃ro, q̃d vterq; punit, & quãuis licitũ ſit mihi negare verũ, ſi tu habes malã cauſam ꝯ me, no. in c. cupiẽtes. in p̃n. ĩ v̾ſi. malignãtiũ. de elec. in vj. & can. in c. j. de inſti. tñ iſtud eſt verũ, niſi falſa pbatio immiſceatur. vide q̃d no. Bal. in l. ſi in v. opp. C. eo. Et de hac materia ẽt plene p Bal. & Jmo. in d. l. cũ mulier. & in d. l. viro. Adde qñ exceptio doli tollat replicatione doli Paul. de Caſt. conſi. cccxvj.

i ☞ Condictio furtiua oritur ex delicto.

i **§. Quoties.** Debitum ex delicto compenſatur. hoc dicit. ¶ No. quod ✝ condictio furtiua oritur ex delicto, licet gl. aliter dicat in l. ſi pro iure. ꝯ. de cõdi. fur. & j. rer. amo. l. ſi mulier. §. fi. & ibi dixi.

LEX XI.

a **CUm alter.** a Quo ad impediendũ curſum vſurarum fit compenſatio ipſo iure, etiam ſi opponatur ab homine. h. d. cum l. ſeq. * Allegatur iſta lex, quod ſi emphyteuta ceſſauerit ſoluere cenſum per triennium, quod ſit locꝰ compenſationi ſi dominus ſit obligatus eidem empyteute ad ſimilem quantitatem, ita quod res non ceciderit in commiſſũ. Nam compenſatio fit ipſo iure, quantum ad pene commiſſionem, vt hic. cum pena ſit ipſa commiſſio. pro quo gl. in verb. ipſo iure. in l. ſi conſtat. C. eo. pro quo etiã facit q2 pena, & vſura paribus paſſibus ambulant, vt l. cum allegas. j. tit. j. Quidã dicunt ꝯ primo, q2 vbicũque agitur de fide rupta, non eſt locus cõpenſatiõi. vt j. de poſ. l. ſi. Jtẽ alia ratione forte, q2 de quantitate ad ſpeciẽ nõ fit compenſatur l. ſi ꝯuenerit. la ij. §. fin. ꝯ. de pign. actiõe. Sed actiões ciuiles ſunt loco rerũ immobilium. vt C. de nup. l. hac edictali. * §. his illud. ergo patet quod non eſt locus compenſationi. *

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cũ alter. Vide de hac materia Bar. eleganter in l. fina. de condi. indeb. vbi querit an quod officio iudicis debetur, poſſit compenſari.

LEX XIII.

**QUod Labeo.** Vna cã ñ põt operari circa diuerſos effectus. h. d.

LEX XIIII.

a **QUecunque.** a Queritur, vtrum debito, de quo quis eſt abſolutus, poſſit opponi compenſatio? Gl. videtur tenere, quod non, per hanc l. quod determinatur per Cynum in l. ex cauſa. C. e. dixi in l. procurator ad exhibẽdũ. §. j. j. rẽ ra. ha. &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quecunq;. Vide omnino Bar. ad iſtam l. in lege. ſi pene. ꝯ. de condi. indebi. & l. qui inuicem. in fin. eod. tit.

LEX XV.

**PEcuniam.** Debitum certo loco poteſt vbique compenſari, habita ratione intereſſe propter locum. h. d. ¶ Nota quod nõ valẽs ratione loci agere, non prohibetur compenſare, &c.

LEX XVI.

**SI cum militi.** Non poteſt vni heredu ꝯ cõpenſatio opponi d̾ eo, quod ad alterum peruenit. h. d.

a **§. Cum intra.** a Dies, qui miſerationis cauſa adijcitur ſolutioni, cõpenſationẽ nõ impedit. h. d. ¶ Opp. de l. q̃d in diẽ. in princip. ꝯ. eod. Sol. hic text. ſoluit, quẽ tex. no. multũ, q2 ibi loquitur in die, qui adijcitur obligationi, hic indulgetur ſolutioni miſerationis cauſa. De quo facio magnum feſtũ in l. ita ſtipulatꝰ. j. de verb. obli. in iſta q̃ſtione, vtrũ in obligatione in diẽ ante diẽ ſit nata actio, & obligatio.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum intra. Et vide quod per iſtum tex. dicit Bart. in l. ſi donaturus. §. j. j. de cond. ob cau. ¶ POMA. Vide Fel. in c. ſuborta in j. col. de re iudic. & Alex. in l. intra dies. ff. de re iud.

LEX XVII.

i ☞ Condemnatus in mille & in quarto pluri ſi non ſoluit intra decem dies, poteſt illud quartum compenſare.

a **LOco.** Pena delicti commiſſi in annona ex cauſa annone poteſt compenſari. h. d. quod not. ¶ Nota argumen. iſtius legis, quod ille, qui non eſt condẽnatus a ex forma ✝ ſtatuti de homicidio in mille, & quarto pluri, q2 non ſoluit intra x. dies, illud quartum poteſt compẽſare, q2 non dicitur pena homicidij, ſed pena ſolutionis non facte, * ad idem ꝯ. de in litem iurando. l. j.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Condemnatus. Quando debitum penale poſſit deduci in compẽſationẽ, & vide fin. Bal. in l. j. C. e. & l. fi. ĩ l. opp. C. e.

* CLAVD. ¶ Non facte. Adde Bal. in l. ij. ꝯ. q ſatiſ. cog. & in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. & Jmo in l. ij. C. de req. reis.

LEX XVIII.

**IN rem ſuam.** De d̾bito ceſſo poteſt q̃s obijcere compenſationẽ, ſecus ſi non ſit ceſſum, licet alius creditor velit, &c.

LEX XIX.

**DEbitor.** De eo, quod poteſt peti actione de peculio, poteſt obijci compenſatio.

LEX XX.

**OB negotium.** Debitũ ex cauſa victualiũ non compenſatur. h. d. ¶ No. hic glo. que ponit ibi caſus, in quibus non admittitur compenſatio, &c.

LEX XXI.

**POſtquam.** Procurator, qui obijcit compẽſationem, nõ debet timere debitum.

LEX XXII.

a **SI debeas.** a De debito alternatiuo non poteſt opponi cõpenſatio, niſi quãtitas obligetur. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. Si debeas, &c. De hoc latius Bar. poſt gl. in l. ſi ſeruus communis. §. idem dicendum. de furt.

LEX XXIII.

**ID quod.** Nomine alterius non poteſt obijci cõpenſatio, de eo quod ipſe debet. h. d.

---

## Depoliti, vei contra. Rubrica iii.

LEX I.

**DEpoſitum.** Not. quod dictio, de, hic auget. De qua dictione dixi in l. ſi ſeruus. §. Stichũ. j. de le. j. No. iſtã legẽ, q2 magiſtralis eſt a capite vſque ad finẽ, &c.

a **§. Si quis ſeruum.** a Qui dat pecuniã, dicitur conductor: qui recipit, locator. Item contractus innominatus b iudicatur ſecundum contractus nominati naturam, cui aſſimilatur, niſi aliud actum fuerit. h. d. quẽ §. nota, quia declarat multum materiã locati, & conducti, &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis ſeruum. Iſtum tex. & ſimiles limitat Bar. in l. ſi pecuniam. poſt med. de cond. ob cau. & in l. naturalis. §. at cũ. de preſcri. verb. & vide q̃d no. Bar. in l. ſi quis añ. de acquir. poſ. per iſtum tex. Idem dicit Bal. in l. petẽs. C. de pact. quod valet ar. de cõtractu nominato, ad innominatum. & no Bar. in l. cũ proponas. C. de dolo. Et ad primã partem ſummariũ. vide Bar. in l. ij. C. loc. adde Bal. cõſ. clxvij. lib. iij. ¶ PO. vide Mat. not. xvj.

b POMA. ¶ Innominatus. Vide Ro. conſ. l. lxxxvj. in prin.

**§. Si te rogauero.** Cui datur res perferẽda, tenetur mãdati, cui datur

cuſtodienda, depoſiti tenetur. h. d.

a §. **Quod ſi rem.** a Quādo precedit cōtractus perfectus, ⁊ adijcitur conuētio, que poteſt cadere in nomen cōtractus, potius inducitur informatio primi, quam nouus contractus. hoc dicit. quem §. nota.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quod ſi rem. Uide Bald. in rub. C. eod. in vij. q. ¶ POMA. Uide Pan. per illum tex. in c. ſicut dignum. verſic. eos. de homi. Bar. conſi. cxxxvj.

1 ☞ Depoſiti actio q̄n naſcatur antequam dolus committatur.
2 Fideiuſſoris obligatio q̄n remaneat, defuncto p̄ncipali ſine h̄rede.

§. **Idem Pomponius.** Si res iuſſu meo deponitur apud alium recipientem pro me, ego teneor depoſiti, alias tenetur recipiens, ſi non ego, niſi hoc expreſſerim, vel fideiuſſerim, ⁊ tūc obligatio durat, etiam principali ſine herede defuncto. h. d.
1 ¶ † No. hic, quod naſcitur actio depoſiti ante, quam committatur dolus, quod declara plene l. ſtipulatꝰ ſum mihi. §. j. j. de ſol.
2 ¶ † Scdo no. qd principali defuncto ſine herede remanet obligatio fideiuſſoris. Ad idem in l. ſi ſine herede. in princ. j. de admit. tut. ⁊ l. Stichum, aut Pamphilum. in prin. ⁊ §. j. de ſolu. ad hoc opp. de l. poſtquā. in prin. j. vt leg. no. ca. Solu. hec eſt vera. Debes aduertere, quod quādoq; obligatio fideiuſſoris eſt commiſſa ante quam principalis perſona extinguatur, quādoq; eſt cōmittēda poſt. Primo caſu fideiuſſor remanet obligatus, quocunque modo principali ſubducto. l. hactenus. ſ. de cōſtit. pecu. Scdo caſu diſtingue. Aut loquimur in defuncto, ⁊ durat obligatio, ⁊ pōt cōmitti, vt hic, licet nō ſit cōmiſſa. Ratio, quia eſt hereditas, que repreſentat perſonam defuncti. Aut eſt captus ab hoſtibus, ⁊ tunc ſecus. l. poſtquam. in princ. vt leg. no. cau. Ratio, quia non eſt hereditas, neque perſona repreſentata, ⁊c.

a §. **An in pupillum.** a Pupillus tenetur de dolo eatenus, quatenꝰ locupletior factus eſt.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ An in pupillum. Ad huius §. intellectum, vide glo. no. in l. ij. ⁊ qd ibi Bar. j. de fideiuſ. ⁊ qd no. in l. ij. ſ. commod.

§. **Si apud.** In ſeruū manumiſſum nō datur actio ex cōtractu ante facto, ſed ex delicto ſic. h. d. ¶ No. quod dolus, qui purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, non facit teneri ſeruum ex quaſi contractu, ſecus ſi purgetur per actionem deſcendentē ex delicto, ⁊c.

a §. **Inde ſcribit Neratius.** a Que poſt lit. cōteſt. accidunt, veniunt in hac actione. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Inde ſcribit Neratius. Facit iſte tex. quod ſi egi rei vēdicatione in libello, ⁊ nullam mentionē feci, qd aduerſarius poſſideret vel deſijſſet dolo poſſidere, qd poſſit in poſitionibꝰ hoc reparari. Ita vidi ad hoc tex. iſtū, alle. ad quod vide Bald. in l. edita. C. de eden. ⁊ vide Inſti. de actio. §. ſi minus. ⁊ quod no. gl. §. ſi quis argentum. j. ead. l. ⁊ Bar. in l. in actione. de fur. poſt gl. ibi, ⁊ vide omnino que dixi in l. Publia. §. fin. j. eo, ſecundū Spec. Et ex hoc etiam infertur, quid, ſi in accuſatione omiſſus eſt locus, vel tempus, vtrum in probationibus poſſit ſuppleri? vide per Spe. in ti. de libel. concep. §. ad huius tit. ver. cautus. ⁊ in tit. de ac. ⁊ pet. §. j. ver. ſed hoc quoque premittēdum. cū pluribus §. ſeq. vſque ad §. item ſcias. ⁊ Bald. in l. j. ſ. ſi menſor fal. mo. dixe. qui videtur tenere, quod non. Cogita per prealleg. gl. in l. j. §. ſi quis argentū. j. eo. quam videtur confirmare Inn. in c. ij. de or. cog. Facit qd no. Bar. in ſimili in l. denūtiaſſe. §. quid tū. de adul. ⁊ no. Io. in l. nō ſolū. §. ſed vt probari. de oper. no. nun. ⁊ ibi refert Raphael cōſuluiſſe, ꝙ ſi in accuſatione accuſans nō poſuit maleficium eſſe cōmiſſū tēpore punibili, put no. Bar. in d. §. ſed vt probari. licet poſtea illud probet, nō ſufficit ad cōdēnationē, q; probatio ſuper inepto libello, nō validat ꝓceſſum. Ita refert tenere Ang. in l. eū actū. de neg. geſt. ⁊ per Spe. de offic. iud. §. de ſeruitute. ver. qd ſi libellus. ⁊ Spe. in ti. de ſen. ꝓla. §. qualiter. verſi. quid ſi lis. ⁊ firmat Inn. in c. examinata. de iudi. ⁊ Bal. in l. j. ſ. de iuriſ. om. iud. ⁊ per alia ſ. alle. ⁊ Ang. in d. l. eum actū. in fi. ⁊ Bald. in d. l. j. ſi mē. fal. mo. di. tu cogita. Adde Bal. in c. j. de mil. vaſ. qui cōtu. eſt. vbi dicit. ꝙ iudex non pōt ſupplere, ſi plus eſt ꝓbatū, quā petitū. Alle. gl. in l. verbū oportere. de ver. ſig. Et vide qd no. Bar. in l. libellorū. de accu. §. ꝙ ſi libelli. ⁊ ob hoc dt Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. ⁊ cleri. ꝙ licet in libello nō deducaꝛ cōſuetudo, pōt in ꝓceſſu deduci, ⁊ probari. Et ꝙ poſitiōes ſunt trahēde de libello, tenet gl. in cle. ſepe. de ver. ſig. ⁊ Bal. in l. ij. §. quod obſeruari. de iura. cal. in fi. Et adde qd dixit Ant. in c. dudū. de decimis. cū gl. fi. Hoſtien. in c. querelā. de ele. ꝙ ſuppleꝛ libellus per ſententiā, ergo ⁊ probationes, que a pari ꝓcedūt, ſm tex. fin. in l. lege Iunia. Petr. ff. de manu. alle. Bald. in c. dn̄o guerrā. §. ad hec. hic finiꝛ lex. Predictis adde no. q. naz no. in d. l. edita. niſi in acceſſorijs, ergo nō debet fieri talis ſupple ſi ſm cōem opi. nō pōt fieri additio ad libellū poſt lit. cōteſt. ſm tio per indirectū, q; parū releuaret dicere, ꝙ lit. cōte. nō poſſet addi. Quid, ſi deduco vnā cauſam, ⁊ ꝓbo aliā? poteſt ſequi cōdēnatio in poſſeſſorio, nō in petitorio. Ita fin. dicit Bal. ⁊ Ang. in l. fi. in j. col. C. de anna. excep. Et vide Bald. in l. j. in prin. ⁊ in fin. C. vt in poſ. leg. ⁊ ibi dicūt ꝑ illū tex. ꝙ probationes tātū que accumulantur ad libellum debent admitti. ¶ Adde vt ꝑ Bar. cōſi. ccxxiij. incip. accuſatio. ⁊ Bal. cōſi. cxlviij. incip. poſito ꝙ certa pars menſis. lib. iiij. vbi ſequitur Bar. in d. §. ſed vt probari.

§. **Eſt autem.** Depoſitarius ſtatim poteſt conueniri ad rei reſtitutionem, niſi cauſa de nouo emergat. h. d. iſte §.

1 ☞ Dolus commiſſus in vendendo rem, non purgatur rem redimendo.
2 Depoſiti actione quis non tenetur per ſolum contractum adhibitum circa rem depoſitam.
3 Emphyteuta, qui rem ſine licentia domini vendidit, ⁊ poſtea recuperauit, an incidat in commiſſum.

a §. **Si rem.** a Dolus cōmiſſus † in vēdēdo non pur-
1 gatur rem redimēdo. h. d. ¶ Opp. de l. ſequitur. §. itē Labeo. j. de vſuc. ⁊ ſ. de alie. iu. mu. cau. fac. l. ex hoc edicto. §. ſi quis. Sol. gl. ꝙ hic vēdidit, ⁊ tradidit, in cōtrarijs ſolū vēdidit. Iſta ſol. eſt vera in ſe, ⁊ no. † eā, ꝙ per ſolum cōtra-
2 ctū adhibitū circa rē depoſitā quis nō tenetur depoſiti. Alij dicūt, ꝙ ibi recuperauit poſſeſſionē, hic ſolū redemit. Hec ſol. non eſt vera, ⁊ eſt cōtra iſtū tex. qui dicit, ſemel dolū feciſti. Alij dicūt, eſt vera ſol. ibi quoad alia excuſaꝛ, nō quo ad interitū. Iſtā
3 tenēt doc. ⁊ facit † ad q. de emphyteuta qui vendidit rē ſine licētia domini, ⁊ poſtea recuperauit, an incidat in commiſſum. De quo per gl. in l. iuris gentium. §. adeo. ſ. de pac. ⁊ per Dyn. j. de vſucap. l. ſequitur. §. item Labeo. ⁊ ibi dixi. ⁊ videtur mihi ꝙ de hoc habemus vnicam rubric. de vaſal. qui feu. vend. ⁊ rede. ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si rē. Intellige iſtū tex. vt in l. qui furtū. §. fi. ſ. de cōdi. fur. Et ad ipſum vide gl. ⁊ doc. in l. quāuis. §. conductor. de acq. poſ. Itē facit ad aliā q̄ſtionē, de qua ꝑ Bart. in l. ſi inſulā. j. de v. ob. i vj. q. ⁊ ad aliā q̄ſtionē, d qua i l. ſi qs libellos. C. d app.

**Non ſolum.** Ex depoſito facto per ſeruum noſtrum, vel in quem habemus vſumfructum, queritur nobis actio. h. d.

a **Si rem a ſeruo.** a Qui depoſitum reſtituit domino putatiuo liberatur, niſi ſciens fecerit. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si rem a ſeruo. No. iſtum tex. ⁊ facit ad no. per Bar. in l. vrbana. ſ. de cond. indeb. de prelato.

a **Eleganter.** a Qui quaſi de ſuo ſoluit, nō videꝛ depoſitū reddere. h. d. ¶ No. hic, ꝙ ſi ſoluerit tāquā ſuū, nō liberaꝛ, ⁊ dominus poterit agere depoſiti ꝓ eo qd habet, qd videꝛ abſurdū. Huiꝰ timore dicit gl. ꝙ hic dn̄s cōſumpſit pecuniā ſibi ſolutā, ⁊ ſic recōciliaꝛ cōſumptiōe l. non omnis. §. ſi. ſ. ſi cer. pet. Iſtud non videꝛ verū, q̄n enim ſoluitur pecunia, que eſt recipientis, non cadit recōciliatio, nec conſumptio. l. ſequitur. §. lana. j. de vſuca. arg. l. ſi filiuſfamilias. ſ. ſi cer. pet. Dicendum eſt ergo, ꝙ hic pecunia fuit depoſita, ⁊ numerata. vnde fuit tranſlatum dominium in accipientem, ideo illud qd fuit ſolutum non erat dicti accipientis, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Eleganter. Iſtum tex. inducit no. glo. in l. ſi ſeruos. C. de act. empti.

§. **Sepe.** Conuentio ⁊ ſpontanea oblatio facit depoſitariū teneri de culpa leuiſſima. h. d. Uide in tex. ibi, ⁊ cuſtodia, ſcilicet vt teneatur de culpa leuiſſima, vt not. j. de reg. iur. l. Zctus. in fi. gl. hic, que incip. no. hic quinq; caſus. Ubi non facit eū teneri de caſu, ſed de culpa leuiſſima. Eſt ⁊ ſextus qui ponitur hic in tex. ibi, ſed ſi obtulit, ⁊c.

1 ☞ Indiuidua res dicitur, que tantam vtilitatem preſtat in parte reſpectu partis, ſicut tota in toto reſpectu totius.

a §. **Si pecunia.** a Si depoſitum eſt diuiduū, vni ex heredibus repetēti ſoluiꝛ ꝓ parte, ſi indiuiduum, in ſolidum, ſi quidem ipſe caueat, alias deponetur. hoc dicit. Quem caſum no. quia multum alleg. in l. ſtipulationes non diuiduntur, infra, de verborum obligat. dum tra-
1 cto materiam diuidui, ⁊ indiuidui, quia illa † dicitur res diuidua, que tantam vtilitatem preſtat in parte reſpectu partis, ſicut tota in toto reſpectu totius, nam idem eſſet in pecunia. Uides

* * Vides hic, quod depoſitarius,qui ſuſcepit in ſe periculuꝫ. Iſtud verbũ periculũ in ſe,hoc importat,vt ſolũ teneať de leuiſſima culpa,ꝛ non de caſu fortuito.Contra,imo teneatur etiã de caſu fortuito,qꝛ hoc importat verbum,periculum.vt l. Ariſtoni.ĵ.mãd.dic circa hoc,q̄ꝺ aut recipio periculum in me in cõtractibus,in quibus de ſui natura non veniebat culpa leuiſſima,ꝛ tunc illa pactio,ſeu receptio periculi operabitur culpam leuiſſimã,ꝛ non caſum fortuitũ:vt hoc tex.ꝛ ĵ.loca.l.opus.Aut loquitur in contractibus,in quibus de ſui natura tenebatur de culpa leuiſſima,ꝛ tunc ſi recipiat in ſe periculum,iſta pactio operabitur,vt teneatur de caſibus fortuitis:arg.ĵ.de vſur.l.ſi ſtipulatus,vt pactio,ſeu verba aliquid operentur,arg.l.ſi quãdo.ĵ. de leg.ĵ.Iſtam concordantiam notabiliter,ꝛ ſuccincte tradidit
* gl.ĵ.mã.l.ꝛ Ariſtoni.ꝛ Inſt.de emp.ꝛ vẽ.§.q̄ꝺ ſi fugerit homo.]

ADDITIO.

a ALEX. ⁋ Si pecunia. Sing.eſt ſecundum Raph.in l.ij.§.ex his.ĵ.de verb.obl.vt ibi ſcripſi poſt Imo.

§. **Apud Iulianum.** Si duo ſe heredes cõtendunt,licet debitori ſoluere cui vult,exacta cautione,quod ſe ab alio defendit.h.d. quod no.Et nõ ſunt multi dies quod ego feci hoc fieri,ꝛc.

§. **Si quis tabulas.** Opp.de l.itaqꝫ fullo.ĵ.ſ tur.Sl.ſoluit vno
* modo.Tu dic vt ibi plene dixi,ꝛc.[⁋ Iſte §.ibi:diuulgarẽtur. allegatur ad hoc q̄ꝺ ſi tradidi alicui literas clauſas,vt eas portaret amico meo,ſi literas,ꝛ contenta in eis diuulgauerit, teneatur mihi actiõe iniuriarũ,pro quo l.ſi quis teſtamẽtum.§.ſi.ꝛ l.ſed ꝛ ſi quis.ſ.ad l.Aquil. ⁋ Et ꝓ maiori notitia huius materie dic breuiter q̄dã notatu digna. Si queratur qualiter punitur ille,qui ſecreta alicuius reuelat,dic quod aut reuelat ſecreta principis,aut reipublice,ꝛ tũc furcis ſuſpenditur,aut vnius ex ducibus belli,ꝛ omnia perdit,quia in crimen leſe maieſt.incidit.ĵ.de penis.l.ſi quis aliquid.ij.§.tranſfuge.ꝛ de re milit.l.omne delictum.§.exploratores.ꝛ ad leg.Iul.maieſta.l.j.circa finẽ.ꝛ C.eo.tit.l.ſi quis.circa prin.Aut reuelat ſecreta alicuius priuati,ꝛ tunc aut reuelans eſt in aliquo officio conſtitutus,vt qꝛ eſt notarius,cliens curie,vel ſimilis,ꝛ tunc deportatur,vel relegatur ſecundũ ſue perſone conditioneꝫ,vt d.l.ſi quis aliquid.§.ſi quis.ꝛ ſequen.Aut nõ eſt in aliquo officio,ꝛ tũc punitur pena huius §.ſcilicet actione iniuriarum,quantum ad partem,ꝛ quantuꝫ ad rempub.punietur extraordinarie.vt ff.de extraor.crimi.l.penul.§.j.ad l.Aquil.ſi quis teſtamentum.§.ſed ꝛ ſi qs de teſti.l.qui falſo vel varie.in vaſallo autẽ dic,ꝙ feudum amittit,vt in feu.qui.mo.feu.amitta.c.j.Quod eſt verum,ſi conſiliũ eſt licitum,ꝛ honeſtum,alias ſecus,vt no.extra de iureiu.c.ego
* N.ad quod ff.de verb.ſig.l.late culpe.§.amicos.cum ibi not.*

a §. **Si quis argentum.** a Qui petit ſpeciem argenteã,debet in libello inſerere ſpeciẽ,ꝛ pondus,niſi ſe ignorare iurauerit.h.d. Illud quod hic dicitur,iuranti ſuccurratur,glo.intelligit quo ad hoc,vt admittatur libellus,nõ quo ad ſententiã,ſed poſtea debet probari.Tu autem hoc intelligas,vt dicam in ſequen.§. ⁋ Querit glo.quid de eo,qui dubitat de ſpecie? Certe non admittitur,vt in glo.ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ⁋ Si quis argentum. Nota q̄ꝺ licet ꝓcedat libell⁹ incertus aliquo caſu,tamen debet certificari per probationẽ,ꝛ ita iſtã gloſſam pro no.alleg.Bald.in l.ij.in ver.ſed nunquid.C.de ſent.que ſine certa quantitate.ꝛ no.Bar.in l.ſi in rem.in ſi.ſ.de rei vend.vide Cy.in l.edita in ver.nunc reſtat videre de eden.ꝛ Spe.in tit.de lib.conce.§.iuxta.ver.ſed in quo proderit.cum precedenti.

1 ☞ Libellus quando agitur, vt ciſta ſigillata depoſita reddatur,quomodo formetur.

2 Depoſita ſigillata res fuiſſe in ciſta quomodo probetur.

a §. **Si ciſta.** a Qui vas plenum ꝛ ſigillatum depoſuit,ſi res oſtenderit,de rebus ſingulis aget depoſiti,ꝛ ſi nõ oſtẽderit,ſimpliciter agere poterit:hoc dicit.An autẽ ego debeo ꝓbare in illa ciſta ſignata tot res fuiſſe. gl.dicit q̄ꝺ ſic,que probatio eſt valde dura. ⁋ Pro declaratiõe
1 primo quero quando † ciſta,vel aliud vas ſignatum depoſitum repetitur,qualiter debeat formari libellus? Reſpon.quod propter hoc factus eſt iſte §.in quo diſtingue.q̄ꝺ,aut fuerũt ſingule res depoſite aſſignate,ꝛ tunc ſingule ſunt petẽde.vt in verſic. quod ꝛ ſi res.Aut non ſunt aſſignate,ꝛ tunc ſunt opi.Naꝫ Trebatius ait ciſtam repetẽdam,ꝛ de ſingulis rebus non agenduꝫ. Labeo idem.quod de neceſſitate de ſingulis rebus agi non poteſt.Author legis dicit,quod hoc poteſt fieri,non tamen,quod
2 ſit neceſſe. Itẽ dicitur hic,† quod debet probare res eſſe amiſſas,ſed qualiter hoc ꝓbare debeat,tex.hic iſtud nõ dicit.Inno. in c.ſin extra quod me.cauſa.hoc declarauit,vbi diſtinguit.Aut ciſta non reſtituitur ſignata dolo depoſitarij,ꝛ tunc res,que in ea erant,probabitur per iuramentum,vt l.ſin.C.vnde vi.ꝛ ĵ.eo. l.in depoſiti.ꝛ ſ.de in lit.iurã.l.in actionibus.Aut non reſtituitur ſignata propter aliquã culpam,vel caſum,ꝛ tũc debet probare plene.Ita debet intelligi gl.ꝛ ita intelligitur §.precedens.ꝛ quod ibi no.Poteſt enim intelligi quod ſupra dicitur quod iuranti ſuccurratur,ſcilicet iuranti in litem quando per dolum non reſtituitur,hoc tangitur per Roffr.in libellis ſuis,in titu. de actio.in factum,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ⁋ Si ciſta. Si depoſui ſaccum vel ciſtam,an debeaꝫ ꝓbare plene de omnibus rebus ibi poſitis.Et adde quod ꝑ iſtũ tex.no.dicit Bar.in l.cum ſeruus.de condi.ꝛ demonſtrat.in fin. Bene facit quod no.Barto.in l.in actione.infra de fur.ꝛ in l.inter ſtipulantem.§.j.infra de verborum oblig.ꝛ in l.non ſolum.§.ſed vt probari.de operis noui nuntia. Idem videtur firmare Spe.in tit.de fur.verſic.quid ſi res.ꝛ vide not. per Bartolum in l.in eos.ad fin.fur.aduer.nau.cau.ꝛ Bal.in rub.C.eod.in ꝑnc.ꝛ in l.j.C.loca.adde vt per Petrum de Anchara.cõſi.cclxxxix.

a §. **Si apud duos.** a Plures depoſitarij ad rei reſtitutionem tenentur in ſolidum ꝛ etiam de dolo.ſi omnes dolum commiſerint,ſecus,ſi alter tantum.hoc dicit.No ad euidentiam,ꝙ in actione depoſiti,locati,ꝛ ſimilibus cõtrahitur duplex obligatio.Vna eſt primitiua,hoc eſt,quando contrahitur ad rem reſtituẽdam.Alia eſt,que dicitur ſecundaria,que contrahitur ratione doli,vel culpe,Modo pone caſum in §.iſto,ꝛ materiam iſtius.§.declara bene vt dixi in l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculũ.ſ.commod.

ADDITIO.

a ALEX. ⁋ Si apud duos. Et vide Bar.in l.reos.in prin.iiij.q.ĵ.de duo.reis.ꝛ no.in l.iij.§.j.in ij.q.eod.tit.

§. **Sed ſi duo.** Plures deponentes poſſunt in ſolidum agere,ſi eſt actum ꝙ vni poſſit ſolui,alias pro parte tantum.h.d.quem §.nota multũ. ⁋ Not. quando agitur vt cuilibet poſſit ſolui totum,videtur ꝙ quilibet poſſit petere totum,ꝛ eodem modo alibi quando committitur officium duobus,vt ſcilicet,inſolidum poſſint adminiſtrare,videtur agi,vt quilibet teneatur inſoliduꝫ,vt l.antepenul.de cur. bon.dan. ⁋ Querit gloſſ.quid in dubio? Dicit gl.in dubio pro parte,ꝛc.

§. **Si ſic depoſuero.** Poteſt qs repetere depoſitũ ante tempus ſtatutum.h.d. ⁋ Opp.de l.in commodato.§ ſicut.ſ.cõmo.ꝛ l.ſicut C.de act.ꝛ oblig. Solu.poſt obligationem contractus non licet mutare voluntatem circa id,ad quod quis eſt obligatus alteri: ſed ſi depoſui apud te pecuniam reddendam poſt tempus,non ſum tibi obligatus non repetere ante tempus,ideo poſſum voluntatem mutare,ꝛc.

§. **Quod autem.** Depoſitarius nõ tenetur, niſi de dolo,ꝛ lata culpa.ꝛ ideo, re vendita per heredem abſque dolo,non tenetur,niſi de eo quod ad eum peruenit.h.d.

LEX V.

**Et,apud quem.** In contraria depoſiti non iuratur in litem.h.d.Vel ſic,In actiõibus contrarijs,in quibus de fide rupta non agitur,non efficitur quis infamis.h.dicit. ⁋ Quero,quid,ſi in actionibus contrarijs ageretur de fide rupta,an iurabitur in litem,habuiſtis gl.in l.ſi pignore.§.ſi poſt.ſ.de pig.act.ꝛc.

§. **In ſequeſtrum.** Contra ſequeſtrum habet locum hec actio qua tenetur rem exhibere in loco conuento,vel in altero ex his.ꝛc.

§. **Si velit.** Sequeſter nõ poteſt officium ſuum deponere ſua ſponte,niſi ex cauſa,ꝛ tunc iudice interueniẽte.hoc dicit. ⁋ Quero que eſt iuſta cauſa? Rñ.forte erat abfuturus,vel aliqua ex his cauſis interuenerat que ponuntur.l.ſi filiuſfamilias.§.ſin.cum.l.ſequẽ.ſ.de procur.l.poſt l.item cum.l.ſequen. ⁋ Iteꝫ quero,dicitur hic quod cito debet reſtitui,quero,quando dicitur cito? Reſpon.per l.ſi oleum.in princ.ſ.de dol.quod no.ꝛc.

LEX VI.

**PRoprie.** No.hoc quod dicitur a pluribus,ſecus,ſi ab vno,l.ſi gratuitaꝫ.§.ſi.de preſcrip.verb.cum l.ſeq.not.bene,ꝛc.

LEX VII.

**SI hominem.** In re aliena intẽpeſtiue miſericordiam exercere,dolus preſumptus eſt.h.d.

§. **Datur actio.** Quādo dolus defuncti purgat per actionem deſcendentē ex cō-
tractu, heredes tenentur in ſolidum non attento, quātū ad eos
peruenerit. h. d. quem §. no. ¶ Opp. Inſti. de perpe. ꝛ temp. ac.
§. aliquando. Gl. dicit ꝙ iſta regula fallit in certis caſibꝰ quos
ponit hic. Primus eſt in d. §. aliquando. Sed hoc nō eſt veruꝫ:
nam ibi dolꝰ dedit cauſam ꝯtcui, ꝛ ſic ꝯtcꝰ fuit ipſo iure nullus,
vnde nō pōt purgari per actionem deſcēdenteꝫ ex ꝯtcu, merito
cōtra heredes nō dať in ſolidū, ergo, ꝛc. Item fallit in actione in
factum, q̄ dať cōtra menſorem, vt l. iij. §. pe. ꝰ. ſi men. fal. mo. dix.
ſed certe nec ibi fallit, q2 nō eſt ex cōtractu, ſed ex delicto menſo
ris. Item fallit in tributoria, vt ꝰ. de trib. l. illud. §. fi. Certe nec
ibi fallit, q2 ibi nō dať ex dolo adhibito in cōtractu, ſed adhibi-
a to in doloſa diſtributione. Item fallit [a] in actiōe in factū de eden
do. l. fi. ꝰ. de eden. Certe nec illa naſciť ex ꝯtcu, ſed datur a lege,
vel naſcitur ex delicto cōmiſſo in nō parendo iudici, qđ eſt ve-
rius. Item fallit, dicit gl. in ſtipulatiōe iudicatū ſolui interpoſi
ta. l. ſi eū. §. q iniuriarū. ꝰ. ſi qs cau. Sed certe actio ex ꝯtcu erat
acceſſoria ad actioneꝫ ex delicto. Preterea ibi poſt morteꝫ deſijt
intereſſe de p̄terito. Item fallit in actiōe in factū de precario. l. q̄
ſitum. §. fi. ī. de preca. Ratio eſt, dicit gl. q2 precariū ad heredem
nō tranſit. Iſta ratio nō videť bona: nā neqꝫ mādatū, neqꝫ ſocie-
tas tranſit ad heredeꝫ in ſolidū, ꝛ tñ ex dolo defuncti dať actio
ꝯ heredem in ſolidū. l. ex depoſiti. ī. de ac. ꝛ oblig. Dic ergo, qđ
ratio eſt, q2 actio de p̄cario nō oritur ex contractu, ſed eſt dati-
ua, datur enim a pretore, vt not. in l. cum precario. §. j. de preca.
Sed ſi ageretur actione preſcri. verb. que continet vim preca-
rij. l. ij. §. j. ī. de preca. quam certum eſt oriri ex contractu, vt l. iu-
ris gentiū. §. j. ꝰ. de pac. tūc dareť ꝯ heredem ex dolo defuncti.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Item fallit. Vide ad cōfirmationem Fel. in c. conſti
tutus. ī fi. de teſt. ꝛ Ale. i cōſ. ciij. vol. j. ꝛ in c. cū I. ꝛ A. de re iud.

§. **Quoties** Quando nūmularij foro cedūt, potior eſt cauſa deponentiū, ꝛ vſuras nō reci-
pientiuꝫ, ꝛ inter eos q prior eſt tempore, nō eſt potior in iure. h.
d. Vel ſic, Cauſa d̄poſiti p̄fertur ceteris etiā p̄uilegiatis, niſi de
ponens vſuras receperit. h. d. cuꝫ l. ſeq. ꝛ fi. huius l. ī ꝟ. plane. in-
telligo de expenſis, q̄ fiunt in cōſeruatione bonorum, ꝛ venditio
ne. l. ſcimus. §. in cōputatiōe. C. de iure delib. ꝛ l. j. ī. ad l. Falci. ꝛc.

LEX IX.

**In depoſiti.** In actionibus bone fidei qlibet heredū tenetur in ſoliduꝫ
ex dolo, ſeu facto proprio, ex facto auteꝫ defuncti pro
hereditaria portione. h. d. Hoc eſt verū in actionibꝰ
bone fidei, ſecus in actionibus ſtricti iuris. l. ij. §. fin. ꝛ l. eadeꝫ. §.
Cato. ī. de verb. oblig. ꝛ ibi plene dixi.

LEX XI.

1 ☞ Monacho aliquid deponenti an ſolui poſſit ſine Abbate.

a **Quod ſeruus.** [a] Licet per contrahentem alteri queratur actio, tñ ei
poteſt ſolui, niſi ſit cauſa iuſta credēdi eum, ad quem
pertinet, permiſſurum non fore. h. d. quam legem non
1 multum curo, *quia valet ad monachos, qui deponūt aliquid,
nunquid poſſit eis ſolui, cuꝫ ſit queſita actio Abbati. Ad quod
l. ſi vnus. ſupra de pact. ꝛ l. ſi ſeruus. ī. de ſolut. ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qđ ſeruus. Vtrū poſſit ſolui monacho, adde Bar.
in l. filius. C. de pact. ꝛ qđ no. Bar. in l. eū qui ita. §. qui ſibi. ī. de
verb. oblig. Et dicit Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſa
croſan. eccle. quod ſi mutuo ſacerdoti, licet nō conuertat in vti-
litatem eccleſie, tenetur ipſe ſacerdos. Et qualiter contra mona
chum, vel monaſteriuꝫ, ꝛ qua via agatur, vide in auth. cauſa que
fit cum monacho. ꝛ ibi Bal. C. de Epiſ. ꝛ cler. ꝛ dicit Bal. in l. ſer
uum. C. de rei vendi. quod ſi ſeruus, vel monachus detinet rem,
dominus ꝛ Abbas debent conueniri. Et vide Inn. in c. quan-
to. in gl. in ver. monaſteria. de offic. ord. An autem ex contractu
prioris clauſtralis guardiani, vel caſtaldi, eccleſie obligantur?
vide Bal. in rub. de exerci. Sed quid, ſi mulier mutuat, vel delin
quat, an preiudicet marito in dote? Vide Inno. qui not. alleg.
iſtum tex. in arg. in c. per veſtras. de donat. inter vir. ꝛ vxo. ꝛ ad
queſtioneꝫ Bar. hic, vide Bal. in l. j. C. qui. res iud. non noc. ꝛ in
rub. C. eo. in ij. q. ꝛ vide ſing. Bar. in l. filie. ī. de ſol. ꝛ Pau. de Ca.
hic, ꝛ Bal. in l. cum filius. in fi. ꝰ. ſi certū pet. vbi hoc limitat pro
cedere in vera ſolutione, ſecus in ficta, per l. fugitiuꝰ. de ſolut.
Adde, quādo monachus obliget Abbatē ex mutuo. Abb. cōſi.
lxxxviij. lib. j. POMA. ¶ Vide Alex. conſi. cij. vol. iiij.

LEX XII.

**Si in Aſia.** Quod eſt fiendum in re depoſita, in dubio intelligitur expenſis de-
ponentis, niſi aliter ſit actū. hoc dicit.

a §. **Depoſitum.** [a] Res ibi debet reſtitui, vbi depoſita eſt, niſi alibi expenſis peten
tis petatur, ꝛc.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Depoſitum. Pro declaratione iſtius legis cum ſeq.
vide que addidi ad Bar. in l. fraudati. ī. de publicanis.

§. **Cum ſequeſtro.** Actio depoſiti ſequeſtraria dať cōtra heredes. h. d.

§. **Quemadmodum.** Poſt litem conteſta. rei periculum ptinet
ad depoſitarium. h. d. Hic glo. facit mentionem de opin. Ioan. ꝛ
Mar. vtrum debeat diſtingui, an res erat peritura penes acto
rem, vel non, videbitis ſtatim in l. ſi plures. ī. eod. titu.

LEX XIII.

1 ☞ Cōparēs vel heres, vel procurator vt conſtituat debitorē
in mora, debet per inſtrumentum oſtendere eſſe talem.
2 Litigans vſqꝫ ad aperturam teſtium, vel productioneꝫ inſtru-
mentorum poteſt habere iuſtam cauſam litigandi.
Et ideo ante non condemnatur in expenſis.

a **Si quis inficiatus.** [a] Ab ea die qua qs cepit
habere iniuſtā cauſam litigādi, videť dolo malo face-
re, ꝛ ad eū p̄iculū ſpectat. h. d. quā legē no. ex hac l. an
b no iſto [b] collegi tibi duas practicas. Vnā, * ꝙ qū tu p̄ſtaris
1 mihi tāquā p̄curator vel tāquā heres, ꝙ ego ſoluā tibi, debes
mihi facere fidē p inſtrumētū, q̊modo tu ſis p̄curator, vel tu ſis
hr̄s, alias ego nō cōſtituor in mora, vt hic, ꝛ dixi in l. qđ te. ꝰ. ſi
2 cer. pe. ¶ * Scđo nota, qđ pōt eſſe, ꝙ qs habuit iuſtā cauſaꝫ li-
c tigādi vſqꝫ ad aperturā teſtiū vel ad p̄ductionē alicuius inſtru
mēti, tūc incipit habere iuſtā cauſam litigādi, q2 forte ex dictis
teſtiū, vel ex īſtrumēto cognoſcet actorē habere iuſtitiā ꝙ prius
d p̄babiliter ignorauit. ꝛ ideo [d] cōdēnabiť in expēſis factis ab il-
la die in antea, nō in factis retro. Caſus eſt hic, ꝛ ideo lex volēs
dare cōſiliū cōſulait, ꝙ ſtatim, cū alicui eſt notū in iudicio, ſe nō
habere iuſtitiā, deſiſtat a lite, ꝛ p hoc excuſat ab expenſis, ꝛ a ca
lumnia. l. deſtitiſſe. ꝰ. de iudi. ꝛ ibi dixi: ꝛ ideo p̄ducas inſtrumē
tum quanto citius poteris, ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si qs inficiatꝰ. Alle. no. Bal. in ru. C. e. in j. q. in ꝟ. ex
hac l. anno iſto collegi tibi duas practicas, ꝛc. Iſta limitat Bal.
in l. ſi legatū. ꝰ. de edē. Et aduerte q2 Bar. ī l. de pupillo. §. q p̄
curatorio. in j. opp. ꝛ ibi clarꝰ Imo. ī. de ope. noui nūt. dicit hoc
eſſe verū, qū inſtrumētū oſtēdiť ī publica forma in iudicio, ꝛ da
tur copia, vt poſſit deliberari. Nā ſi poſtea nulla cauſa allegať
iuſta ꝯ inſtrumētū, licet inſtrumētū negeť verū, nō ob. ꝛ releuat
p̄curatorē oſtēdētē tale īſtrumētū ab omni ſatiſdatiōe de rato,
perinde ac ſi ipſe dñs talē actuꝫ faceret. Secus ex ſola oſtenſio-
ne inſtrumenti extraiudiciali. q2 tunc non reddiť ius certum, ſi
negeť inſtrumētū verū, q2 multa poſſunt obijci cōtra inſtrumen
tū. Ita intelligať tex. ꝛ qđ ibi dixit Bald. in d. §. qui p̄curatorio.
ſcđm vnā lec. ad qđ facit qđ no. in l. nomē. C. q̄ res pi. oblig. poſſ.
Et iſta faciunt ad intellectū eius, qđ alibi dicit Bart. ꝙ inſtru-
mētū facit rē manifeſtā, vt ipſe dicit ī. de op. no. nun. in l. j. in p̄n.
in ꝟ. venio ad q̄ſtionē. Adde tñ qđ dixit gloſſ. multū ſing. in cle.
cauſam. in ꝟ. appellāti. de ele. Hāc gl. alle. Bar. ī l. nō ſolū. §. mor
te. de ope. no. nū. q̄ videť velle ꝙ in caſibꝰ, in qbus requiriť p̄pria
ꝛ vera ſciētia dñi nō ſufficiat, ſi ſit denūtiatū p̄curatori, et cum
ſpeciali mādato, ꝛ illud etiā oſtēdat, qđ no. ꝛ quādo requiratur
vera ſcientia domini ꝛ qū non, ꝛ qū procuratori preiudicet, vi-
de in l. procurator. in prin. de tribu. ꝛ in l. apud Celſum. §. queſi-
tū. ī. de do. excep. ꝛ qđ no. Bar. in d. §. morte. ꝛ no. Bar. in l. pa-
ter. §. ex quo. ī. de admini. tut. Adde Ro. cōſi. cclxxxviij. vbi vi-
de an requirať ſciētia in domino, ꝛ an ſufficiat ꝙ p̄curator ſciat.
b POMA. ¶ Anno iſto. Qū aliquis proteſteť alicui tāquā he-
res, vel p̄curator, debet illi facere fidē p inſtrumētū qđ ſit p̄cu-
rator, vel heres vide Alex. cōſi. xlj. vol. iiij. ꝛ cōſ. xcv. alias lxxv.
vbi plene Fely. in c. exceptiōe. de exce. Ale. cōſi. ccl. in vl. col. vol.
ij. ꝛ cōſ. ccxix. vol. ij. Corſet. ſin. ſuo ici. p̄curator. Alex. ī l. de pupil
lo. §. q p̄curatorio. ff. de no. ope. nun. Bal. in c. eam te. de reſcrip.
c ALEX. ¶ Iuſtam cauſam. Adde qđ nota. Bald. in aut. ge-
neraliter. C. de epiſ. ꝛ cle. ꝛ omnino adde qđ no. Bart. in d. l. q in
alterius. de re. iu. vbi pulchre, ꝛ in l. p̄perandum. §. ſiue autē al-
terutra. C. de iud. ꝛ in l. ſi rē. §. fi. de pign. ac. ſi qđ in criminalibꝰ;
vide Bar. in l. j. in p̄n. ī. ad tur. in ver. venio ad ver. q̄ri pōt ad p̄
dicta. Adde Barto. in d. §. ſiue autem alterutra. Sed iſtud cō-
ſil. eſt ſane intelligendum, niſi ſibi fieret notum per inſtrumen-
ta, vel teſtes deponentes de facto proprio ipſius litigantis: q2
ipſe preſumeretur fuiſſe in dolo, vel ſaltem in lata culpa, l. quā-
quam. ad Velleia. ꝛ ideo non debet euitare condemnatio-
nem expenſarum. l. eum quem temere. de iudi. Inſtitu. de pena
temere

temere litigan. §. j. cũ ſimi. Et eodem modo dʒ limitari iſta do-
ctrina quod vbi in cauſa appellationis feratur ſentẽtia ex no-
uis actis, victus debet abſolui ab expenſis. De qua ꝑ Bar. in
d. §. ſiue aũt alterutra. ꝛ illud no. dom. de Ro. conclu. cclx.
POMA. ¶ Et ideo. Circa hoc cõſ. vide Alex. conſi. ccxx. vol. ij.
o ꝛ conſ. xcv. eo. vol. Cum. conſ. lxxiiij.. Feli. in c. quoniam contra.
de proba. ꝛ in c. fraternitatis. j. col. de teſti. ꝛ in c. exceptionez.
ꝑ. ſubdit Bal. de excep. ꝛ Feli. in c. paſtoralis. in fi. de iudi. Ale
xã. conſ. xc. col. fi. vol. ij. alias iij.
* CLAV. ¶ Die. Vide alias concord. per Feli. in c. exceptionez.
de except.

**§. Competit.** Pro re depoſita non competit cõdi
ctio antequam committatur dol⁹. h.
d. ¶ Opp. ſ. eo. l. j. §. idem Pomponius. ver. quid enim. ꝛ §. eſt
autem. Sol. actio depoſiti competit ſtatim ante dolum cõmiſ-
ſum, vt hic: condictio furtiua nõ, vt ibi. Et de hoc dic plene in
l. ſi ſtipulatus ſum mihi §. j. ĩ. de ſolut.

LEX XIIII.

**SI plures.** Debitum eſt reddẽdum maiori
parti heredũ. h. d. ¶ Opp. ſ. e.
l. j. §. ſi pecunia. Sol. Aut res eſt indiuidua, ꝛ tũc vni
ſoli occurrenti eſt reſtituẽda, vt ibi, aut eſt diuidua,
ꝛ tũc habet locum diſtinctio l. noſtre, q͛ aut venit maior pars,
ꝛ ei reſtituitur tota, vt hic, ꝛc.
a **§. Siue autem.** Si res depoſita perijt eo mõ, a
quo eſſet peritura apud depo-
nẽtẽ, depoſitarius liberatur. h. d. Iſte tex. facit multum ꝑ opi.
Mar. contra Jo. de quo plene in l. quod te. ſ. ſi cer. pet.

ADDITIO

a ALEX. ¶ Perijt eo modo. De intellectu vide per Jmol. in l.
cum res. §. j. de leg. j.

LEX XV.

1 ☞ Actiõe ꝯ quẽ agitur depoſiti vel cõmodati, nõ poteſt oppo
nere exceptionem proprij dominij ille contra quem agitur.
2 Dominij proprij exceptio in remedio. l. ſi quis cõductionis. C.
locati. non admittitur.
a **QUi rem.** In re propria nõ conſiſtit[a] depoſi
tum, ideo depoſiti agi nõ põt, ideʒ
1 in commodato, ꝛ precario. h. d. ¶ ✝ No. quod ille, cõ
b tra quem agitur depoſiti vel commodati, [b] põt op-
ponere exceptionẽ contra. ſ. commod. l. ita, vt ſi fur. C. loca. l. ſi
quis cõductionis. ꝛ l. j. §. ſi predo. ſ. eod. Sol. Si volo oppone
re exceptionẽ de dñio alterius, non poſſum, q͛ per hoc nõ im-
peditur contractus commodati. Poteſt enim cõmodari res
aliena, vt d. l. ita vt ſi fur. Idẽ in depoſito. ſ. eo. l. j. §. ſi ꝑdo. Sed
ſi volo opponere exceptionẽ de dominio proprio, tunc ſi agit
depoſiti, cõmodati, vel ſimili actione ex contractu, poſſum op-
ponere, vt hic, q͛ dominium proprium impedit contractum, et
per cõſequens obligationẽ, ꝛ actionem ex ꝯtu, vt hic, cũ ſimil.
Sed ſi ageretur condictione ex l. ſi quis cõductionis. C. loc. nõ
poſſum opponere exceptionem dominij proprij, vt ibi. Contra
ille, qui ſcienter in rem propriam recipit commodatum vel con
ductionẽ, videtur eam donare, vt no. in l. ſi aliquam rem. ĩ. de ac
qui. poſſ. ergo non poteſt opponere exceptionem dominij pro-
prij. Huius timore haberemus intrare in illã materiam diffici
lem. d. l. ſi aliquam rem. ſed ibi plene dixi. Cy. tangit aliqualiter
in l. qui rem. ꝛ l. ad probationem. C. loca.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non conſiſtit. Limita hãc legem per l. certe. §. fi. ĩ. de
precar. ꝛ no. hic in gl.
b ALEX. ¶ Commodati. Vide late Bar. in l. ſi alienam. ĩ. ſol. mat.

LEX XVI.

**SI is, apud quem.** Deponẽs prim⁹ nõ
habet actionẽ cõtra
tertium depoſitarium, niſi prius ei fuerit ceſſa. h. d.

LEX XVII.

**LIcet deponere.** Apud ſequeſtrum
pl͛es tm̃ deponũt, ꝛ
tunc poſſeſſio amittitur. h. d. ¶ No. ꝙ rei ſequeſtra-
te perditur poſſeſſio, quod intelligũt doct. quando
depoſitum fit ex conſenſu vtriuſqꝫ partis, vt hic, ꝛ l. intereſſe
puto ĩ. de acqui. poſ. Secus, ſi fieret authoritate iudicis ꝯ vo-
luntatem eius, qui primo poſſedit, arg. l. iij. de acquir. poſſ. Ita
tenebat Jac. but. ꝛ Jac. de Are. ꝛ Cy. C. de prohi. ſequeſtr. l. j. in
ij. queſt. dixi plene in d. l. intereſſe puto. ꝛc.

LEX XVIII.

**DE eo quod.** Alias l. qꝺ tumultus. Actio de
poſiti in quatuor caſibus contra
heredem ex dolo defuncti datur in ſimplum, ꝛ intra an-
nũ ex dolo heredis ſecundum ſuam naturam. h. d.

LEX XXI.

**SI apud filium.** Emancipatus tenetur
de ꝺpoſito ante ſibi fa-
cto. Idem in ſeruo manumiſſo. h. d. ¶ Oppon. de l.
Põponius in negotijs. ſ. de neg. geſt. ꝛ l. j. §. ſi apud.
ſ. eo. Gl. ponit plures ſol. Ego credo illam veram, ſcilicet qꝺ
ſeruus non teneatur depoſiti, ſed rei vẽdicatione, vel cõdictio-
ne furtiua, ꝛc.

LEX XXII.

**SI duo heredes.** Si plures heredes
depoſitarij ſepara-
tim dolũ cõmittunt, quilibet tenetur ꝑ parte, vbi ve
ro cõmuniter, quilibet tenetur inſolidum, ſed ſi ad rei
reſtitutionem agitur, cõdemnatio fit pro parte. hoc dicit ſecun
dũ lec. quam teneo. Et diuiditur in tres partes. Primo loqui-
tur quando dolus fuit commiſſus pro parte. Secundo quando
dolus fuit commiſſus inſolidum, ꝛ ſic in iſtis duabus partibus
queritur de obligatione acceſſoria, que contrahitur ratione do
li vel culpe. Tertio loquitur de obligatione primitiua, que con
trahitur ad rem reſtituendã. Secunda ibi, quod ſi. Tertia ibi,
plane. ¶ Gl. no. ex iſto ſi. qꝺ actio ꝑponitur inſolidum, ꝛ quod
condemnatio fit pro parte. Et ſic intelligit iſtum verſic. plane.
quod loquitur in caſu precedẽ. Hec lec. non placet: quia obliga-
tio prin. que contrahitur ad rem reſtituendã, non tranſit ad he-
redes, niſi pro parte, vt l. iij. §. heres. ſ. commod. Non ergo eſt di
cendum, ꝙ libellus datur inſolidum, niſi dicamus vnũ heredeʒ
conuentum rem in ſolidum poſſidere d. §. heres. tunc fieret pe-
titio, ꝛ cõdẽnatio in ſolidũ. Dic ergo, quod iſte verſi. plane. lo-
quitur alio caſu, quam ſ. dixi, vt dixi ſ. diuidendo literam. Nam
ſ. loquitur de obligatione ſecundaria, que contrahitur ratione
doli vel culpe, in qua quãdo dolus committitur, cõmuniter tũc
quilibet tenetur in ſolidũ, vt ſ. eo. l. j. ſ. ſi apud duos. l. ſi vt cer-
to. §. ſi duobus vehiculũ. ſ. cõmo. hic vero loquitur quãdo quis
conuenitur ratione obligationis primitiue, que cõtrahitur ad
rẽ reſtituendã, in qua quilibet tenetur ꝑ parte, ꝛ pro parte cõ-
demnat᷑, nõ tamẽ ſolutione partis liberatur. Simile in l. ij. §. j. ĩ.
de ꝟ. ob. Vñ iſta obligatio eſt diuidua quo ad obligationẽ ꝛ cõ
demnationẽ, indiuidua quoad ſolutionẽ. ¶ Sed ad hoc oppo.
de l. ſi ſtipulat⁹. ĩ. de ſol. vbi obligatio ſpeciei dicit᷑ diuidua quo
ad obligationẽ, ꝛ ſolutionẽ. Sol. ibi quãdo eſt in obligatione rẽ
dari, hic quando eſt in obligatione rem reſtitui. Et eodem mo-
do dicit᷑ indiuidua obligatio rẽ tradi. l. ſtipulationes nõ diuidũ
tur. in prin. ĩ. de ver. obl. qꝺ plene examinaui, vt ibi in queſtioni
bus, quas feci de obligatione rem tradi, ꝛ rem reſtitui. ꝛc.

LEX XXIII.

a **ACtione.** In hac actiõe admittitur[a] computa
tio expenſarum. h. d.

ADDITIO.

Admittitur. Vide Bal. in l. ſi quis in pen. q. C. eo.
1 ☞ Commẽdare, ꝛ deponere, idem ſunt.
2 Bone fidei in cõtractu veniunt vſure a tempore more. Iteʒ ve-
niunt ex nuda conuẽtione.

LEX XXIIII.

a **LUcius.** Cõmendatũ[a] ꝛ depoſitũ idẽ ſunt. Itẽ
in actione depoſiti vſure veniũt a tẽ-
pore more, etiã ſi pecunia numerata deponit᷑, licet de-
poſiti terminos egrediat᷑. h. d. ¶ No. illa verba ꝑmiſ
ſiõis, ꝙ qñ voles, ꝛ vbi voles, cõteſtim tibi numerabo, faciũt ab
1 ea q̃ dixi vobis ſ. de eo, qꝺ cer. loc. l. iij. §. ſi qs ita. ¶ ✝ Scꝺo not.
idem eſſe, cõmẽdare, ꝛ deponere. [b] Piſani dicunt ecõtra, ꝙ com
b mẽdare aliud eſt, ꝙ̃ deponere. ¶ Tertio no. qꝺ in ✝ ꝯtu bone
2 fidei veniũt vſure a tempore more. Itẽ veniunt ex ſola nuda cõ
uentione. Simile in l. cum quidam. §. ex locato. ĩ. de vſur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Commendatum. Per illũ tex. dicit not. Bald. in rub.
C. de conſtitu. pec. quod ſi locus cõueniendi eſt in electione cre
ditoris, poteſt vbiqꝫ eligere, dummodo ibi inueniat debitorem.
b ALEX. ¶ Et deponere. Adde quod dicit Ang. in conſi. xxxv. in
cip. quidã nobilis homo. per id verbum videtur cõmiſſa cuſto-
dia, ꝛ ille dicitur nudus miniſter. ꝛ iſtum textum allegat Inn.
extra de elec. c. dudum. el ij. in gl. in ver. conceſſionem. quod neqꝫ
in eccleſia, neqꝫ in fructibus aliquod ius querat᷑ illi, ſed ſola gu-
bernatio. Adde tex. in l. cuʒ hereditas. C. depo. ꝛ ibi Bar. nõ ta
men hec verba inducunt mandatum, vt no. gl. in l. j. ĩ. mand. ꝛ vi-
de Jo. de Plat. in §. ſequens. Inſtit. de act. ꝛ his adde tex. ꝛ ibi
Bar. in l. Publia. in prin. ĩ. eo. ꝛ no. Bal. in l. ſi quis. in fi. C. eod.

LEX XXV.

a **DE ſponſaliorum.** [a] Qui me preſente
rem meam recipit,
depoſiti actione tenetur. h. d. ¶ Oppo. de neg. geſt. l. ſi-

Aeiuſſor. §. ignorante. Sol. ibi puella non fuit preſens, vnde non poteſt dici depoſitum, hic erat preſens.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Die ſponſaliorū. Vide Bar. in l. qui mihi donatū. in j. col. de donat. ⁊ quod no. Bal. in l. incendium. C. ſi cer. pet.

## §. Qui pecuniam.
In depoſito pecunie numerate veniunt vſure a tempore more.

LEX XXVI.

1 ☞ Pactum appoſitum in traditione rei mee, que mea durat, alteri producit vtilem actionem, ſi moriatur. ⁊ num. 3.
2 Commendo, idem eſt, quod depono.
4 Iſta verba, ſi Deus fecerit aliud de filio meo, intelliguntur, ſi morietur.

1 Publia Meuia. † Ex pacto[a] appoſito in
a traditione rei mee, que mea durat, alteri queritur vtilis actio. h. d. quod not.
2 ¶ Ex hac lege no. illud quod dico † de verbo commendo, quod inducit depoſitum. vt l. Lucius. ſ. eo. ¶ Item no illd
b quod dicitur in ſummario, [b] quomodo ſit † intelligendū, ſi mo-
3 riar, quod faciat ad queſtionē quam vidi, probatur quoddā te-
4 ſtamentū per teſtes quo continebatur, ꝙ teſtator dixit, † ſi Deus faceret aliquid de filio quod bona deuenjant ad talē, quod intelligatur, hoc eſt ſi morietur. ¶ Opp. ad hanc l. de l. debitor in
c fi. [c] j. ad Treb. vbi ex pacto matris non querit actio filio. Sol. hic fuit pacto matris ſuper re ſua, que ſemper durat ſua. Idem in l. pen. C. ad exhib. Si vero non duraret ſua, tunc non querit alteri actio, niſi in duobus caſibus, vt in mutuo. l. certi cōdictio. §. ſi nummos. ſ. ſi cer. pet. Item in donatione, vt l. quoties. C. de do. que ſub mo. Dixi i l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulā. j. de ver. obl. Et verum eſt hic, quod videtur actū de donatione, quod nō
d videtur actum in extraneo, vt l. donatiōes. §. pen. de donat. [d] ⁊c.
* * ¶ Nota ergo, ꝙ ratio quare hic per pactū matris actio depoſiti queritur filio, eſt propter īteruentum traditiōis rei, ſup qua interpoſita fuit conuentio, que quidē conuentio aliqd cenſetur habere realitatis propter traditionem rei, ob quam realitatem reputatur contractus corporalis, ſeu naturalis, miniſterio mediante celebratus. In quo de iure communi alteri per alterū acquiritur: vt j. de acqr. re. do. l. ea, que ciuiliter. C. p quas perſo. l. j. cum ibi no. Et in hac ratione eſt lex iſta. ⁊ l. pen. allegata in gl. hic, ⁊ C. de dona. que ſub mo. l. quoties. Non autē eſt ratio filiationis: quia in ĩs que non habent aliquid realitatis: ⁊ ſine miniſterio acquiruntur alteri per alterum etiā coniunctū, dum tamen non interſit patria poteſtas. nō queritur. vt l. debitor. §. ſi. hic allegato in gl. C. de pac. conuen. l. quāuis. Sic reperis in viro, ⁊ vxore, quod ex pacto viri querit ius, ſeu actio vxori, vt in auth. de non alie. aut permut. re. eccle. §. emphyteuſim. Quia hec eſt ratio, quia in cōtractibus qui re cōtrahuntur, alteri per alterū queritur actio ſaltem vtilis, vt l. pen. C. ad exhi. ⁊ hic. In cōtractibus vero verbalibus ſecus, j. de verb. oblig. l.
* ſtipulatio iſta. §. alteri.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ex pacto. Vide qđ no. Bal. in l. j. C. per quas perſo. ⁊ l. cū patrem. in j. col. C. de iu. dot. POMA. ¶ Huic tñ videt obſtare ꝙ nō ſit bona cōſequētia, tu debes mihi reſtituere decē, ergo habeo actionem cōtra te, per hoc quod voluerūt Pet. ⁊ Cy. in l. ad probationē. C. de prob. qđ ſi depoſuero pecuniam apud te receſſurus, cum hoc, quod tu redderes illam Titio portanti tibi talia ſigna, quod ſi titius cum ſigno venerit, quod debes illam ſibi reſtituere, quod tamen ille nullā habet actionem ad eā petendam, vt videtur tex. in l. bona fides. ſ. eo tit.
b ALEX. ¶ Summario. Adde idem eſſe, ſi dicit, ſi aliquid cōtigerit filio meo, vt no. Bal. p illū tex. in rub. C. eo. in ix. queſt. adde l. quidā ita. in prin. ⁊ ibi Lud. j. ad Treb. ⁊ bonū tex. in l. vxorē. §. Seium. j. de legat. iij. POMA. ¶ Vide Alex. in d. l. quidam ita. ⁊ Bal. in conſi. cclvi. in j. parte.
c ALEX. ¶ In ſi. Vide Bar. in l. quod dicitur. de verb. oblig.
d ALEX. ¶ De donat. ⁊c. Not. in l. que dotis. ſol. matr.

## §. Lucius.
In contractibus bone fidei ex ſolo pacto nudo debentur vſure. hoc dicit.

1 ☞ Clauſula, plus minuſue, appoſita in contractu, nihil plus importat.
2 Verba enuntiatiua in contractibus inducunt probationē, non obligationem.
3 Epiſtole non ſtatur in fauorem ſcribentis, niſi per aduerſariū approbetur.
4 Inſtrumentum ſi producitur continens plura capitula, poſſum acceptare que faciunt pro me, ⁊ refutare que faciunt contra me.

## §. Titius Sempronio.
Verba enuntiatiua a nō inducūt
a obligationē in cōtractibus, ſed probationē. ¶ Itē priuata ſcri-
b ptura b fidē facit cōtra producentē, non pro eo, niſi ab aduerſa-
c rio fuerit approbata. h. d. Primo no. c ex iſto §. † illa vba, plu-
1 ra, plus, minus, dq̄ multū ſunt in vſu, q̄ nihil plus importāt nec
d aliquid diminuunt de confeſſiōe, niſi aliud pbet, vt hic, facit l. cū furti. ſ. de i lit. iur. ⁊ l. hec vēditio. §. ſi. j. de cōtrā. emp. ¶ Secū-
2 do no. † ꝙ verba enūtiatiua in cōtractibus inducit e probatio-
e nē nō obligationē. In vl. volūt. quid iuris ſit, dic vel ex hac ſcriptura. j. de donat. Iſtud venit examinādū, vbi tractat de obligatione literarū. quod dic. l. generaliter. ⁊ l. in cōtractibus. C. de
3 nō nu. pe. ¶ Tertio no. ꝙ † ei, quod quis ſcribit ſibi in epiſtola, nō ſtat, niſi p aduerſariū approbetur, vt hic ī fine. niſi cū ſua gl.
4 Ex quo habes † ꝙ ſi plures, res ſſint ſcripte in vna charta, poſſum acceptare illud quod facit pro me, ⁊ illud quod facit cōtra me refutare, quod examina, vt no. Cy. C. de cōfeſ. l. j. in xiij. q. dixi j. de lib. leg. l. Aurelius. §. pen. quod facit ad ea que tota die fiunt, pduco illud inſtrumentum inquātum facit pro me, quod an poſſit fieri patet. ſ. vbi remiſi, ⁊c.

ADDITIONES.

